



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Episcopatus, & presbyteratus officium, quàm sit grave.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

facto, aut signis, excommunicationis, aliasque sententias censuras, & pœnas ecclesiasticas etiam in Bulla cœnæ Domini contentas contemnendo, prohibeat, ne laici ecclesiasticæ interviant jurisdictioni; quapropter ecclesiarum Prælati clericis, etiam in sacris, & presbyteratus ordinibus constitutus in procuratoris fiscalis, & notariatus officio uti coguntur, & ipsi de servire tenentur, quicquid agunt, est validum. Bart. in l. universos, num. 2. C. de decur. lib. 10. & Rom. cons. 409. numer. 7. & 8. prout, licet clericus ꝛa fidei iussione prohibitus, cap. te quidem. 11. quest. 1. tamen fidei iubendo tenet fidei iussio. gloss. in d. cap. quidem, in fin.

Quartò, ꝛa sacerdotes à Christo ad ministerium salutis sunt electi, & propterea Regum, aut aliorum Principum, ubi sanguinis sententia præparatur, iudices esse non possunt: & si quis sacerdotum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud CHRISTUM, & depositionis pœnam incurrit, cap. sapienter. 23. quest. 8. cap. cler. vel. mon. & ibi Abb. num. 1.

Nec Episcopi Principibus debent inservire, sed se à Principum servitute abstinere, & tam in ecclesia, quam foris suum gradum, & ordinem præ oculis habere, ac ubique, se patres, & pastores esse noscere debent. Concil. Trident. cap. 17. sess. 15. de reform. cap. Valentinianus, 63. dist. cap. duo sunt, & cap. si Imperator. 96. dist.

Possunt ꝛa tamen Prælati, & clerici esse consilarii Principum secularium, Abb. in d. cap. clericis, numer. 10. & ita in pluribus Regum, & Principum curiis servatur, & optima quidem ratione: nam

cùm regia potestas sit longè inferior ordinis sacerdotali, d. cap. duo sunt, cap. si Imperator, in fine. licet ministeria Papæ, & Imperatoris sint distincta; auth. quomodo oportet. eod. cap. duo sunt. & cap. solita. de maior. & obed. in concernentibus tamen animarum salutem, de quibus ubique tractatur, piè agunt ꝛa Imperator, Reges, & Principes, qui inter alios, etiam Præfules ecclesiasticos sibi consiliarios adhibent, cum Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis Præfibus, dist. cap. si Imperator, in fin. & ipsi Præfules, ubicunque pro animarum salute sunt vocati, laborem recusare non debent, quia licet, ut scripsit D. August. ad Valentinianum, nihil ꝛa apud Deum, sit miserabilius, tristius, & damnabilius, nihilque in hac vita difficilius, laboriosius, & periculosius, Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi officio, nihilominus apud Deum nihil beatius est, si eo modo militetur, quo debet militari, cap. ante omnia, 40. dist. sed ubi tractatur de sententia ꝛa ultimi supplicij promulganda, interesse, nec consentire debent, alias pœnam irregularitatis incurrunt, & sunt deponendi, cap. ex litteris s. nos autem. & ibi gloss. in ver. corporalem & in ver. cedat. de excess. prælat. nisi sint dispensatione, aut privilegio Papæ suffulti.

Quintò, venatio ꝛa est prohibita, cum Episcopis, presbyteris, aut diaconis canes ad venandum, aut accipitres, vel alia similia habere non liceat, & si qui talium personarum in hac voluptate sæpius deventi fuerint, si Episcopus, tribus mensibus, presbyter duobus, à communione sunt suspendendi, diaconus verò ab omni officio, & communione suspendi debet,